

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 4.

Elysium-Meum.-Die Martis 6. Feb. 1810. (Neov. 12. Jan. 1810.)

Vestrum jam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum.

*Tull. tu Epist.*

### Imperium Turcicum.

*Secundum Celeb. Eton.*

Continuo manes Ottomannorum in Elysio oberrant, quærentes formosum a Mahomete iis promissum muliebrem sexum, — id genus peregrina societas nuper aliquot mille leucis diisitam subiit eremum, in qua canitie venerandus sedebat Muselmannus amarisque lachrimis madentem vultum præseferbat; „quid tibi, aiebant miseratione moti manes, an tibi opem ferendo sumus? — differes.”

Senecio librum manu prendens, petit a suis popularibus benignas sibi aures præberi, mox rationem lacrimarum affecutus, quo impetrato legere orsus politico — Statisticam descriptionem suæ patriæ, auctore Clarissime Eton Anglo.

*Conticuere omnes. intentique ora tenebant.*

Turcia continet nobilissimas Orbis regiones. Clima mite & benignum, solum uber & foecundum, situs pro commercio oppor-

tunus, nobilissimorum præterea productorum naturæ dives est. — Naturam munificentissimam experta est, at cuncta hæc optimæ matris munera inania sunt, nisi solerti hominum manus in usum convertat. Metropolis Imperii Commercio orbis adcommodata est. Jacet in medio trium orbis partium, prope duo maria quæ cum opulentissimis orbis regionibus communicationem habent. At situs ejus non satis in usum, convertitur, Turcæ utilitatem ex eo deducere nesciunt, omnia ea iis frustranea, in quibus aliqua alacritas desideratur. — Callent illi artem destruendi, at ignorant erigendi, fruendi, & laborandi. Semet ipsos non noscendo quæque aspernantur quæ Mahomedana non sunt, & summa feritate ea prosequuntur. — Telis natio, qualis Turcica, quasvis scientias & artes, quodvis opificium & commercium anque pejus odit. Agriculturam misera apud eam conditio, in ipsa magnarum vicinia Urbium satâ non debite culta, pagique aliquantum ab ea distiti continuo magis incolis destituuntur, quod ab officialibus convitiis afficiuntur, fortunis exhauriantur, a milite latronibusque expilentur & trucidentur.

Unam, quæ adhuc Imperio superest, vitam conservant Græci, Armeni, & Judæi; hi soli commercio dediti, & in Europæa Turcia Græci & Bulgari plurimam Coloniarum partem efficiunt.

Cui in Turcia homo parcat, lues pestifera aliique periculosi morbi desolationem in-

ferunt. Fides in fatum ante destinatum Turcas circa media conservandi vitam indifferentes reddit; quid quid accidit, fati inevitabili nexu, a nemine declinabili, accidit. Infaustum hoc præjudicium quemvis in bono progressum impedit, genuinum Cultum animi & mentis; venenum est, dicique haberi & reputari potest.

Quantumcunque vero Turcæ & pestilentia Imperium Turcicum devastent & desolationem ei adferant, numerus nihilominus horum Incolarum conspicuus est, quod natura propagationi multiplicationique hominum egregie faveat. Turcia auctore Cel. Hassatio 49,173 secundum Cl. Mauvert 45,000  $\square$  miliaria complectitur; numerus Incolarum ab illo 25,330,000, ab hoc 40 millionum perhibetur. Id ipsum elucet Incolarum numerum expendenti, quem nonnulli Itinerantes: Olivier, Eton, Beaujour de pluribus Urbibus Turcicis texere. — Verum Eton calculatio multo minor videtur; etenim contendit in Continente Turcicæ non multo plures 10 millionibus hominum vivere. Tam militarium copiarum, quam publicorum reddituum ratio admodum ambigua est, utraque pro adjunctorum ratione jam augetur, jam minuitur.

Turcæ, demta metropole, exceptisque illustribus, & opulentis, qui luxu, & luxuria omnis generis se debiliores reddidere, robustum & solidum genus hominum sunt; valereque possent bello, si scientia pollerent, perspicacioribus ductibus, exactiore discipli-

na quam hodie præditi sunt. „Fortassis Europæ fortunæ cedit, ait Cl. Monier, quoavis conatus officialium Europæorum ad disciplinæ adcommodandos Turcas ad præsens frustaneos fuisse; quippe si physicæ eorum vires, personalis animositas, bellicosaque vivendi ratio expendatur, cuivis nationi, si non præstantiores, profecto pares deprehendentur.

An hæc non lugubris patriæ nostræque adumbratio?

Peregrinantes Muselmanni hilari vultu lætoque, veteranum popularem contemplabantur; ut nobis videris? dicebant hi; an tu solus ita rerum, quæ his diebus evenere, hospes, atque peregrinus es, ut nihil tibi constet de victoria Jussuff Paschæ ad Silistriam de Russis relata? — hanc illi cum omnibus adjunctis explicuerunt.

Senecio iis arrectis auribus hiantequæ ore oculis intensis auscultabat, cum vero narrationi finis esset, validiorem in fletum solvi cæpit. — O modicæ vos perspicaciæ, o vesanos, coecos! aiebat, hæc victoria, si etiam ex integro talis ac retulistis, esset, si veritati concordaret, hæc inquam victoria summum quod Portæ contingere unquam potuit est infortunium, sane consecutaria perniciosissima eam consequerentur.

Ut hoc? quærebant unanimes. Senex paullo se erigens, sic prosecutus. Audite & iudicate vos fortium virorum manes! Hæc talique relata victoria imperium nostrum lunæ instar occideret. — Sol & luna redeunt

periculis sua absoluta, at imperium nostrum — ad hæc lacrimæ loquenti vocem intercipient. —

Cum, dictis attoniti manes plerantem Senecionem penitus contuerentur, animadvertunt eum patrem senem infelicis Selimi esse, inæthere affectu oras Acherontis repetunt, ex adpellentibus utris nova de patria sua excepturi: reperiunt ad eas multas umbras solerter & curiose novæ, quæ Jovis ales eo ipso tempore attulit, discutientes, ex eis memoria dignissima!

*Londino 30. Dec.* Cursoria nave Neo-Eboraco Falmuthum adpulsa Copiam litterarum Præsidis Statuum foed. foed. ad Conventum occasione Sessionis die 17. p. m. celebratæ percepimus, quæ admodum mirabile officiosum litterarium documentum efficiunt. Præses non loquitur æstimatione pleno verborum apparatu de agendi ratione quam Anglicanum adoptavit regimen, cum initas cum Dno. Erskine conventiones ratas non habuerit, de quibus Anglicanum Cabinetum perperam contendit, eas datis Plenipotentiatibus nostris Mandati litteris non esse conformes. Dum de missione D. Jakson loquitur adpellat ea, quæ cum Chaspeak acciderunt, ex insidiis factam adgressionem; arguitque Anglicanum regimen prætentiones facere, legibus moribusque Angliæ non minus adversas, quam rationibus obligationibusque foed. Statuum. Porro accusat Dom. Jakson, eum oblivisci æstimationis quibus-

vis imperiis debitæ, ausumque in Americanos ea, ut consilium fuerit, ab eo nullam declarationem acceptandi. Intuitu Galliæ, ait Præses, nullam adhuc in reciprocis Statuum relationibus mutationem incidisse, queritur de nonnullis belligerantibus Potentiis. Navis cursoria litteras attulit a D. Jackson missas.

Nuncios ex Hollandia confirmant ea, quæ de Unione hujus regionis cum Gallico Imperio communicavimus. Conditions sub quibus deinceps partem magnæ nationis effectura, nondum constabant; sperabaturque Monitore certiora intelligenda in hoc argumento; interea præsens regimen operam dedit quibusvis navibus Anglicanis mercibus oneratis quo oculus sequestrandis, ac ærario publico addidendis, quam legalis ratio admisit, maximam.

#### G a l l i a.

Hujus pagina præfationem continet Ministri in negotio rationum reddendarum & argumento rei ærariæ administrationis pro Anno 1808, in qua hæc memorabilia occurrunt:

„ — — Ob imminentem proxime administrationem Anni 1809 Maj. Vræ exactas super perceptis expensisque rationes jam nunc dare nequeo, at prævidere licet bellicas erogationes pro anno labente haud infra 640 miliones effecturas, e quibus 350 milliones solum ex publico thesauro impendantur; M. V. nihilominus non intermisit cunctas bellicæ administrationis partes ad strictissimam Oeconomiam exigere. Abrogando ex-

pensas (Entreprise) rem ærariam exhaurien-  
 tes, eas administrandi rationibus (regie) sup-  
 plendo, quibus ingenio probitateque illustres  
 Status Consiliarii præfecti. Verum admiratio  
 de erogationum magnitudine cessat, utpri-  
 mum animo perpenditur: M. V. præter enor-  
 mem Generalem Stabum 900,000 peditum,  
 100,000 equitum, 50,000 ad tormentariam  
 rem, & com meatum pertinentes equos alere,  
 extensio virium bellicarum, quanta M. V.  
 nulla adhuc Epocha gavisæ est!

„Si Annus 1809 præter ordinem sum-  
 tuosus esse debuit, ex omnibus colligere li-  
 cet, Annum 1810 magnum expensarum com-  
 pendium præbiturum. Reapse M. V. 1809  
 ultra 200,000 tyrones delegit, Anno 1810  
 nec unum deligendi mentem habere videtur.  
 Anno 1809 emta 60 equorum millia, pro  
 1810 consilium nec unum comparandi ha-  
 bere videtur. *Reliqua proxime.*

Imperator Comiti Dejean ministro dece-  
 denti statione seq. litteras elargitus:” Dne.  
 Comes! accepto petitam dimissionem; doleo  
 non contineri amplius D. V. meorum minist-  
 rorum numero. Contentus eram servitiis  
 D. V. at quinquaginta annorum experien-  
 tia negotiis necessariam facit D. V. quæ in  
 quibusvis confiniis meis orsus sum, quæque  
 augendi meam habeo. D. S. continuo in  
 his argumenta ingenii, studique in me edi-  
 tura est. Certa sit æstimationis meæ, cum  
 hæc litteræ alium finem non habeant &c.

vis imperiis debitæ, ausumque in Americanos ea, ut consilium fuerit, ab eo nullam declarationem acceptandi. Intuitu Galliæ, ait Præses, nullam adhuc in reciprocis Statuum relationibus mutationem incidisse, queritur de nonnullis belligerantibus Potentiis. Navis cursoria litteras attulit a D. Jackson missas.

Nunquid ex Hollandia confirmant ea, quæ de Unione hujus regionis cum Gallico Imperio communicavimus. Conditiones sub quibus deinceps partem magnæ nationis effectura, nondum constabant; sperabaturque Monitore certiora intelligenda in hoc argumento; interea præsens regimen operam dedit quibusvis navibus Anglicanis mercibus oneratis, quo oculus sequestrandis, ac ærario publico addicendis, quam legalis ratio admisit, maximam.

#### *G a l l i a.*

Hujus pagina præfationem continet Ministri in negotio rationum reddendarum & argumento rei ærariæ administrationis pro Anno 1808, in qua hæc memorabilia occurrunt:

„ — — Ob imminentem proxime administrationem Anni 1809 Maj. Vræ exactas super perceptis expensisque rationes jam nunc dare nequeo, at prævidere licet bellicæ erogationes pro anno labente haud infra 640 miliones effecturas, e quibus 350 miliones solum ex publico thesauro impendantur; M. V. nihilominus non intermisit cunctas bellicæ administrationis partes ad strictissimam Oeconomiam exigere. Abrogando ex-

pensas (Entreprise) rem ærariam exhaurien-  
 tes, eas administrandi rationibus (regie) sup-  
 plendo, quibus ingenio probitateque illustres  
 Status Conciliarii præfecti. Verum admiratio  
 de erogationum magnitudine cessat, utpri-  
 mum saluo perpenditur: M. V. præter enor-  
 mem Generalem Stabum 900,000 peditum,  
 100,000 equitum, 50,000 ad tormentariam  
 rem, & com meatum pertinentes equos alere,  
 extensio virium bellicarum, quanta M. V.  
 nulla adhuc Epocha gavisa est!

„Si Annus 1809 præter ordinem sum-  
 tuosus esse debuit, ex omnibus colligere li-  
 cet, Annum 1810 magnum expensarum com-  
 pendium præbiturum. Reapse M. V. 1809  
 ultra 200,000 tyrones delegit, Anno 1810  
 nec unum deligendi mentem habere videtur.  
 Anno 1809 emta 60 equorum millia, pro  
 1810 consilium nec unum comparandi ha-  
 bere videtur. *Reliqua proxime.*

Imperator Comiti Dejean ministro dece-  
 denti statione seq. litteras elargitus” Dne.  
 Comes! accepto petitam dimissionem; dolea  
 non contineri amplius D. V. meorum minis-  
 trorum numero. Contentus eram servitiis  
 D. V. at quinquaginta annorum experien-  
 tia negotiis necessariam facit D. V. quæ in  
 quibusvis confiniis meis orsus sum, quæque  
 augendi meam habeo. D. S. continuo in  
 his argumenta ingenii, studii que in me edi-  
 tura est. Certa sit æstimationis meæ, cum  
 hæ litteræ alium finem non habeant &c.

Ajunt : Bavarie regem mox post adventum ad urbem Vindobonam de quodam Claudio Bouget, quæsisisse; qui ostentum naturæ est, posterior corporis pars adhæret spinæ dorsi, membra inferiora claudicant, & exsiccata sunt. Nates clausæ, annum 64 ætatis ægit, media post escam sumtam hora cibum cum facilitate per os evomit. — Edit frequenter, perfecta gaudet sanitate, & 3 partes anni absque molestia libera in aura exigit; hospitium ejus noctu diuque medicus est curus, lecti formam habens, quem rex ante revolutionem ei fieri curavit. — Nunc ad se acciri jussit, pluribusque aureis nummis donavit.

*M a n d a r i n u s .*

Vox hæc nequaquam Sinica, sed portugallica, proin ex origine sua latina est. Etymon ejus *mandare*, quod idem ac committere. Quisquis munus gerens mandarinus seu mandatarius est, a Pro — rege ordiēdo ad vilissimum usque officialem. „In *Bocca Tigris*, scribit quidam Cel. navigatoris Krusenstern socius, duos Mandarinos iu navem recepimus, quibus mensæ nostræ accumbendi veniam prorsus denegavimus.”

---